Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

113

est uno. cum portauerit iugum ab
adolescentia sua. sedebit solitarius &
tacebit. quia leuauit se super se. De hac etiam solitudi
ne dicit esaias. Inspe & silentio erit
fortitudo uestra. Solitudo ad montana
bethel extenditur: que domus dei dici
tur. quia per unte perfectionem fidelis
quisq; domus dei efficitur. sicut apls
fidelibus loquitur. Templu dei sctm
est. qd estis uos. Bethel. luza egreditur:
que amygdalum dicitur. quia qui do
mus dei efficitur. diuersarum uirtu
tum dulci odore respergitur. sicut
apostolus loquitur. Xpi bonus odor
sumus deo. in omni loco. Transitq; ter
minu archyataroth. & descendit ad
occidentem. iuxta terminu ieffleti. usq;
ad terminos bethoron inferioris &
galer. Terminus archyataroth. transi
tur: que longitudo corone dicitur.
cum homo in perfectu unte positus. lon
gitudinem dierum repente obliuis
citur. & accidia ingrauescente. in te
pore negligentie. ab spe remunerati
onis eterne resoluitur. Inde ad occi
dentem descenditur. quia sicut sale
mon loquitur: qui spernit minima.
paulatim decidet. Iuxta terminu ieffle
ti. quod nudus. uinctus. uel conclusus
dicitur. quia in tepore negligentie.
homo uirtutibus nudatur. delectatio
ne peccati uinctur. consensu conclu
ditur. Usq; ad terminos bethoron in
ferioris & galer. Bethoron. domus in.
uel domus montium dicitur. per quam
reuersio hominis exprimitur. quia cu
ad cor suum quisq; reuertitur. sibi ipsi
de peccatis suis irascitur. ac per hoc domus
montium. scilicet uirtutum efficitur.
Bethoron inferior esse scribitur. per quam
actiua uita exprimitur. quia per superiorem
bethoron contemplatiua uita designatur.
Galer. persio. uel diuersio dicitur. qua uita
a peccatis pendit. & auiciis diuidit.
Usq; ad terminos g bethoron inferioris. &
galer descenditur. quia tamdiu homo
per accidiam negligentie resoluitur. donec
per actiue unte exercitationem. continentie
suffragiis. a peccatis & uitiis separetur. fini
untur q; regiones eius mari magno. posse
dentq; filii ioseph. manasse & effraym.
Regiones eius mari magno finiuntur. quia
huius unte uicissitudines inter diem perfectis.
& noctem defectus. eterne retributionis
securitate terminantur. ubi malum non
accedet. & flagellu tabernaculo beati non
appinquabit. Filii ioseph. manasse &
effraym possident ea. quia qui per unte perfectum. celeste premium contingere
augmentare student. modo per actua. modo per contem
platiua uitam se exercent. Per manasse enim
qui necessitas interpratur. actiue unte labor
figuratur. per effraym qui frugifer. uel eres
cens dicitur. contemplatiue unte perfectus
exprimitur. SEQVITVR.
Et factus est terminus filiorum effraym.
per cognationes suas. & possessio eorum. contra
orientem astaroth. adar usq; bethoron.
superiorem. egrediuntur q; confinia in ma
re. Macmethat u aquilonem respicit. &
circuit terminos contra orientem in tha
nath selo. & transit ab oriente ianoe.
descendit q; de ianoe in ataroth. & noa
ratha. & pueniet in iericho. & egreditur